



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto bercario abbate. Cap[itulum]. xxij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

sciri potuit. Cum plures ei detraberent: & filiam predecessoris sui virginem dedicatam immoderate amaret: coram detrabentibus ipsam deoscularus est: dicens nihil nocere bonis verba aliena: quem propria non maculat conscientia. Nam quia ipsam deum amare ardenter nouerat: eam mente purissima diligebat. Cum rex francorum clorharinus burgundiam intrans seneschalum suum coram senones direxisset & ciuitates obsideret: lupus ecclesiam sancti stephani intrans campanam pulsari fecit: cuius sonitu tanto terrore hostes concussi sunt: ut nisi fugissent se in carcere purassent. Tandem obrento regno cum rex alium seneschalum misisset: & lupus ei sicut alij episcopi fecerant non occurrisset: sumpta occasione illa episcopi ad eum apud regem diffamauerunt: & rex ipsum ad exilium destinauit: ubi doctrina & miraculis claruit. Interea senonici quendam episcopum: qui locum lupi inuaserat: occidentes a rege impetrarunt: ut lupus de exilio reuertere. Quae reuidentis exilio tabefactum: ita repente diuinitus est mutatus: ut coram illo prostratus veniam peteret: & multis muneribus eius ecclesiam dotaret. Dum autem remeans parisius venisset: multa carceratorum turba solutis vinculis apertisq; ostijs eidem obuiauit: & de ipsorum liberatione eius meritis facta gratias egit. Celebranti ei die quodam dnico lapsa est celitus gemma in calice sancto: quam rex in suas reliquias collocauit. Rex clorharinus campanam sancti stephani senonici. audies esse mire dulcedinis iussit sibi parisius deferri. Sed mox ut de vrbe senonica delata est sonus ille dulcedine amissit. Quod rex audies ea senonice reparari iussit: & vii. ab vrbe miliario sonitu recuperari. Cum nocte quadam oraret indistinctu diabolico valde sities sibi aquam deferri fecit. Sed ad uertens dolos inimici puluinar sup os uasis posuit: & diabolus intus clausit: qui tota nocte uolut: factoque mane confusus & dimissus abscessit. Alia nocte dum ecclesias more suo circuiret inuenit clericos quosdam rixantes: eo quod cum mulieribus fornicari volebant. Qui ingressus ecclesiam pro eis orauit: & mox ab eis ois ratiatio discessit. Qui coram eo prostrati veniam postularunt. Tandem multis clarus virtutibus in pace quieuit kalendis septembris circa annos domini. cccccx. tempore heraclij imperatoris.

De sancto viuardo epo.

Cap. xxi.



**Viuardus** remensis. archiepiscopus claruit tempore clodouei regis: ut ait sigibertus. Quo etiam tempore claruerunt reolus eius successor: & bercarius martyr: primus abbas ancylatesis. et

secunda berta martyr & abbatissa in partibus galliarum. Huius nempe Aluardi discipulus fuit dicitur bercarius abbas & multo tempore comes. Cum autem aliquando secum pergeret apud villam que dicitur altimilare dum viuardus graui somno premeretur sub fago dormiuit: viditque de celo colubam sagittis insidere: & deinde descendere: & aream uacua in qua dormiebat: ter uolando circuire. Indeque celos repetere: que omnia bercarius uigilans corporaliter aspexit. Excitatus autem episcopus & cum bercario de uisione mutua colloquutione habita intellexit a deo sibi mandatum in ipso cenobium edificandum. Quod & viuardus episcopus deuotus ad implere curauit. In quo quidem loco congregationem monachorum disposuit: & bercarium eundem abbatem prefecit. Et postquam cuncta diligenter impleuisset: in christo feliciter obdormiuit kalendis septembris.

De sancto bercario abbate.

Cap. xxii.



**Bercarius** abbas & martyr claruit in gallijs tempore dicitur clodouei regis fratrum:

qui sub prefato sancto viuardo remorum pontifice moribus & sapientia imbutus luxouiense monasterium petens

sub abbate eustasio monasticam vitam duxit. Dum die quadam in cellario uinum ex uergete in cereali hauriret uocatus ab abbate obedientia sollicitus & incautus uinum: quod fundebatur: reliquit uergete non clausa. Quod dum cerealem impleisset superficiem eius pertransiens: in modum columne constipatum in gyrum vas coronari cepit: nec aliquid de uino in terram desuxit: donec reuerso bercario quod esset meriti apud deum oibus innotuit. Post aliquod tempus de abbatis licentia rediit ad sanctum viuardum: a quo in monasterio prefato ab eodem edificato in loco qui dicitur altimilare: abbas profectus est sacre congregationi monachorum. Et dum filios suos sibi commissos more boni patris & pastoris diligenter curaret: exigeret culpa quendam daguinum monachum habere discipline corexit. Qui moleste habens ferens instigare diabolo nocte abbatem dormientem lateraliter uulnere percussit: & ut ferrum occultaret in piscinam demersit: quod dei iudicio super aquam enatauit. Mox autem frater ille attonitus & amens ad ecclesiam currere signum pulsabat. Fratres autem hora insolita exercitatus admittentes abbatem percussum adhuc spirare inueniunt: & ferrum enatans conspexerunt. Daguinum quoque quasi insanum in ecclesiam repertum uti reum homicidii comprehensum ad bercarium iudicandum adduxerunt. Qui ille quantum in se erat omnem dimittens iniuriam deum per penitentiam con-

De sanctis in mēse septēbris occurrētibus Fo. cccxiij.

suluit esse placandum et in christo martyri expiavit. Sepultus in monasterio suo. Et cuius tumulo oleum diu manas languentibus medelam prestare consuevit. Passus est autem kalendis septembris.

De sancto Agilo abbate

Cap. xxiij.



Bil<sup>9</sup> ab

bas tēpore clodouet regis frācorum claruit.

Hic Agnoaldus nobilis consiliarij regis sigberti filius bone indolis ad huc puer sancti Columbani abbatis benedictione percepta sancto eustasio religioso

viro cum alijs pluribus clericis omnibus post modum futuris episcopus a parentibus traditus est sacris litteris imbuendus: factusque monachus sub sancti colubani abbatis disciplina fuit conuersatione mirabilis. Dum autē columbanus brunichildis regine sicut et alijs mulieribus aditū monasterij prohiberet: et ob hoc ad instantiā regis a theodorico rege de monasterio expulsus esset: eustasio eidem monasterio substituendo missus est agilus ad reges reconciliandū. Et cū longe iam a monasterio abisset: et nepos quidā vandalonij ducis precognito quare iret: cum satellitibus suis eum aggressus fuisset: ipsumque educto gladio percutere vellent: manus eius repente arida facta est. Cui veniā postulant sanctus manus suā restituit: in quo audito miraculo rex placatus colubani ad abbatiam suam restituit. Processu vero temporis missus est agilus cū sancto eustasio a lotario rege ad vicinas gentes ad huc gentiles predicandas: ubi multos ad christum conuertit: et miraculis conuincit. Nā in via demonia cū liberauit. Sadabergā virginē cecā illuminauit: et quoque eidem iterū fabricari salutes subitā orationibus impetravit. Cū igitur sanctus andoens episcopus super torrē: qui dicit resbacē: in proprio solo monasterij de suis facultatibus construxisset: eidem monasterio agilus abbatē prefecit: ut dicitur in supra in legēda sancti andoeni. iij. non. maij. Cuius vicē cenobij construēdi locus eidē andoeno diuinitus rater ostēsus est. Tribus enim noctibus super ipsum locū vidit nubē in modū crucis mirabiliter radiantem: et deinde tribus diebus subsequenter eundem locū in modum crucis repperit rose conspersum: eo. s. ambitu quo monasterij fuerat construendū. Cū autē agilus abbas hospitalitati sollicitus intendere: die quadā mediā hyeme leprosum ante fores inuentū ad ignē calefaciendū adduxit: ipsum subito nusquam vidit. Alia vice ad merētes cum fratribus accessit: et tēpore subito ingruente signo crucis edito imbrē a se et messoribus conpescuit: gradine per gyrū circa eos nimia dec-

dente. Annoz. xcviij. existens orauit: ut de hac vita solueret: cui relatu est quod post bēnium votū obrineret. Sicque cētenarius migravit ad christum kal. septēbris: in cuius transitu ad monachos choros angelorum psallētes audivit. In eius etiā sepultura frater quidā febricitans: et alius dolore dentium tortus tactu corporis liberant.

De sancto Antonino martyre. Cap. xxiij.



Antonin<sup>9</sup>

martyr apud apamias passus est: qui

ex eodem oppido oriundus nobilis genere ab infantia christo seruēs et virgo permanēs amore martyrii flagrans ex vrbē sua discessit. Et dum christianos perquereret ad presbyteratus ordinē ascendit: et inde

verbum dñi disseminādo processit. Cum autē ex itinere fatigatus sit in nimia laboraret: oratione fusa virga solū percussit: et statim fons vniuersus scaturit ad eius refectiōnē: et deinceps ad egros salubritatē. Reuersus autē apamias et gentiles impugnās martyriū suū fidelibus predicat. Verum dum loca sacra cum quibusdā christianis visitaret: et ab eis aliquantulum diuertisset: a paganis rēsus et iuxta flumen ad radices montis apamie decurrens decollatus est. Corpus quoque eius membratim discerptū et vna cum capite in flumine demersus est. Sed diuino miraculo sanguis de corpore fluens in vniuersū coagulatus: et in vniuersū fidelibus collectus est. Aqua etiā fluminis a cursu desistens ad corpus colligendū christianis in alueo viā fecit. Sicque corpus vna cū sanguine leuātū atque sepultū est. Caput autē eius ab angelis de mane sublatū nauticule parue imponit: et duobus angelis in similitudinem duarū aquilarū nauticulā contra fluminis cursum sine remo gubernātibz ipsam ad habitaculū festi principis deduxerūt: quē sanctus antoninus ad fidē christi peruererat. Quōd festus per spiritū diuina reuelatione cognoscēs ad nauē descendit: caputque collegit atque habitationem suam a loco illo remouēs in domo propria caput deuote recondidit: domusque suā in ecclesiā commutauit. Passus est. iij. non. septēbris.

De sancto Dederico abbate. Cap. xxv.



Dedericus

abbas apud ednē sem ciuitatem claruit.

Hic ex ipsius ciuitatis pago nobili genere ortus. Cum esset annoz. xiiij. inuitis parentibus ad monasterij ipsius vrbis fugit: et monachus effectus penitētie mirabili operā dedit. Nā i hebdomada